

PRAYERS OF THE SAINTS

Consecration of the family to the Holy Family

Pope Leo XIII, 1892

The formula approved by Leo XIII, with the daily prayer before the image

LATIN

FORMULA CONSECRATIONIS

O Iesu, Redemptor noster amabilissime, qui e caelo missus ut mundum doctrina et exemplo illustrares, maiorem mortalis tuae vitae partem in humili domo Nazarena traducere voluisti, Mariae et Iosepho subditus, illamque Familiam consecrasti, quae cunctis christianis familiis futura erat exemplo: nostram hanc domum, quae tibi se totam nunc devovet, benignus suscipe. Tu illam protege et custodi, et sanctum tui timorem in ea confirma, una cum pace et concordia christianae caritatis: ut divino exemplari Familiae tuae similis fiat, omnesque ad unum quibus ea constat, beatitatis sempiternae sint compotes.

O amantissima Iesu Christi Mater et mater nostra Maria, tua pietate et clementia fac ut consecrationem hanc nostram Iesus acceptam habeat, et sua nobis beneficia et benedictiones largiatur.

ENGLISH

THE ACT OF CONSECRATION

O Jesus, our most loving Redeemer, who, sent from heaven to enlighten the world by thy teaching and example, didst will to spend the greater part of thy mortal life in the humble house of Nazareth, subject to Mary and Joseph, and didst hallow that Family which was to be the pattern of all Christian families: graciously receive this our household, which now gives itself wholly to thee. Do thou protect and guard it, and establish in it thy holy fear, together with the peace and concord of Christian charity, that it may grow like the divine pattern of thy Family, and that all who belong to it, every one, may attain to everlasting happiness.

O Mary, most loving Mother of Jesus Christ and our Mother, by thy kindness and mercy obtain that Jesus may accept this our consecration and bestow on us his favours and blessings.

O Ioseph, sanctissime Iesu et Mariae custos, in universis animae et corporis necessitatibus nobis tuis precibus succurre; ut tecum una et beata Virgine Maria aeternas divino Redemptori Iesu Christo laudes et gratias rependere possimus.

O Joseph, most holy guardian of Jesus and Mary, help us by thy prayers in all our needs of soul and body, that with thee and the Blessed Virgin Mary we may render eternal praise and thanks to Jesus Christ, our divine Redeemer.

ORATIO QUOTIDIE RECITANDA ANTE IMAGINEM SACRAE FAMILIAE

O amantissime Iesu, qui ineffabilibus tuis virtutibus et vitae domesticae exemplis Familiam a te electam in terris consecrasti, clementer aspice nostram hanc domum, quae ad tuos pedes provoluta propitium te sibi deprecatur. Memento tuam esse hanc domum; quoniam tibi se peculiari cultu sacravit ac devovit. Ipsam benignus tuere, a periculis eripe, ipsi in necessitatibus occurre, et virtutem largire, qua in imitatione Familiae tuae sanctae iugiter perseveret; ut mortalis suae vitae tempore in tui obsequio et amore fideliter inhaerens, valeat tandem aeternas tibi laudes persolvere in caelis.

DAILY PRAYER BEFORE THE IMAGE OF THE HOLY FAMILY

O most loving Jesus, who by thy unspeakable virtues and the example of thy home life didst hallow the Family thou didst choose on earth, look mercifully upon this our household, which, prostrate at thy feet, begs thee to be gracious to it. Remember that this house is thine, for it has given and consecrated itself to thee with special devotion. Protect it in thy goodness, deliver it from dangers, help it in its needs, and grant it strength to persevere always in the imitation of thy Holy Family, so that, holding fast to thy service and love through all the time of this mortal life, it may at last give thee eternal praise in heaven.

O Maria, Mater dulcissima, tuum praesidium imploramus, certi divinum tuum Unigenitum precibus tuis obsecuturum.

O Mary, sweetest Mother, we implore thy protection, sure that thy divine only-begotten Son will hear thy prayers.

Tuque etiam, gloriosissime Patriarcha sancte Ioseph, potenti tuo patrocinio nobis succurre, et Mariae manibus vota nostra Iesu Christo porrigenda submitte.

And thou also, most glorious patriarch Saint Joseph, help us by thy powerful patronage, and place our petitions in the hands of Mary, to be offered to Jesus Christ.

Amen.

+